Literæ Ministrorum Evangelii Cœtus ad Magistratum Toruniensem

Magnifici Amplissimi Nobilissimi Dni.

Ad Illmi Archiepiscopi lrãs nomine Clrorum ad Vos atque etiam ad Nos scriptas responsuri.
Primum Falsas quasdam Nobisque praejudiciosas Hypotheses ex lris Illis adducemus. 2do Scopum
instituti Colloquij rimabimur. 3tio Exiguam eius aut potius nullam excutiemus utilitatem. 4to
Impossibilitatem inter Nos unionis ob oculos ponemus. Ad Hypotheses quasdam falsas No-
bisque praejudiciosas hae lrae ofatae praesupponunt. Primo Quasi Nos simus extra Communionem
illius Eccliae, quam DEUS acquisivit sanguine, eo quod Romanae Eccliae non simus mem-
bra. Secundo Quod se solos veros Ecclios glorientur Ecclia Dei Nrarum Eccliarum vo
Pastores etiam vulgari illo titulo Ordinum quem vilissimis etiam suis mancipiis et pa-
ganis Sacrificulis tribuunt, non dignentur. Atqui vos estis exempla Vrã qui Nos qua do-
cendo qua sententia administrando, qua afflictos consolando, qua Lupos quorum multi ex Vris
Catholicis prodire solent abigendo, Episcopali hoc e Pastorali munere longe fidelius quam
vel optatis illorum iactare ausint, defungi testari in consiliis Vris potestis. 3tio Quod Nos
distractioni Orbis fatigati culpa inculpatum eat cum Dei hactenus exstitit benignitas ut Orbis
Christianus se pristino Ecclico nitori restitutum veritatis luce irradiatum à Lepra in re Ante Chri-
anorum liberatum (prout Anno 1630 meminimus) gratulabundus agnoscat, sed his ceu mino-
ribus praetermissis Scopum tam habendi Colloquij speculemur. Quod Secundo loco Nobis fa-
cendum proposuimus, ut inquiunt certa pro incertis Statuta ambigua liquidata vere Con-
troversa Scripturarum primitivae Eccliae aliisque testimonijs fuerint Cathca Ecclia veritas.
Nosque adeo et cuncti iudicare queamus iure ne praesens secessio et olim facta sit et nunc
continuetur. Respons. Si in initio statim Ecclicarum turbarum ex parte Pontificiorum
hoc factum fuisset, res procul dubio non pariter habuisset successum. At nunc post Centum
annorum decursum post detectum Antichristum post triumphatam falsitatem post tot piarum anima-
rum gaudia, post tantum sanguinis Martyrum diluvium post tam atrocia Contra Evan-
gelicos edicta, post adempta toto fere Regno templa, post inhibitos Religiosos Conventus
post quaesitum omnium Protestantium per hodieque curans bellum internecionem, nunc de-
num quaerere velle: Iurene ab illis discessimus, recterne illorum sententiam praetulimus
satisque clare Vram vel proposuerimus, vel defenderimus Religionem id Nobis nimium
(ut quam mollissime dicamus) videtur intempestivum plane simile Klagenfurti
olim frequentatae iudiciorum formae ubi ad quamvis delationem suspendebantur homines
et ubi pensiles ac lrã longa facti essent tum demum per otium quaerebatur recte ne

inquisiti

207

imputati criminis fuissent rei ac iure supplicio affecti, sed neq Nostrates Eccliæ adeo pueri-
liter desipuerunt ut non nisi praeter se suæ Successionis iure animarum pariter ac fortunaru
pericula incurrerent, neq adversarys Nris de ys fas est dubitare, quod Curia Romana in Cau-
sa Hæreseon dudum sententiavit, propalavit repetito plus centies in Bulla Cœnæ Do-
minicæ recitari solita anathemate statim monuit et continuata integri sæculi perfectione
executioneq extra omnem dubitationis aleam posita ee voluit. Quid ergo nunc de fide
tantorum Virorum qui tam humaniter Nobiscum Colloquium expetunt suspicabimur.
Respons. Equidem vel maxime Unde enim tam repente succrevisset singularis illa
animarum Nrarum cura toto hoc sæculo inaudita, qs probabilem aliqm causam afferret.
Cur credamus gladios eorum in Ligones et Lanceas in falces ee vere commutand. et Jesuiticum
Spum q imbuendis odio hæreticorum animis tam strenue desudarunt totq palmis Nobilitat
Synceris fraternitatis dextras nobiscum iungere velle. Nos vero longe aliter persuasi su-
mus ac commode se Nobis offert id quod olim in Ecclia Christiana audisse refert Euseb.
Hist. Lib. 3. Cap. 12. sit tempore Diocletiani de adaugendis Christianorum malis cum de-
sperarent et occidendo delassati essent, satietatemq et effundendi sanguinis tædium
contraxissent ad humanitatem ipsorum iudices conversi sunt, Visumq illis est nihil mali
contra fideles ee amplius derogandum. Non enim convenit inter Nos sanguine fœdare
Civitates et Celsissimum Imperatorum Principatum crudelitatis infamia obnoxium redde-
re, cum ille sit placidus et clemens omnibus, sed extendenda est erga omnes benigne po-
testatis Imperatoris beneficentia ita ut morte non puniantur amplius. Iudicabant ergo
atrocitatem ipsorum propter Imperatorum clementiam per id ee sublatam quod oculos Nris erui,
et crura scauterari videbant hæc erat illorum humanitas et atrocitatum contra Nos (
inquit Euseb.) toleratio, unde postea secutum ut innumerabilis multitudo hominum
effossis dextris oculis et sinistris poplitibus cauterio debilitatis ad metalla damnarentur
Vix enim aliquid aliud agere putandi infensissimi nostræ doctrinæ hostes qua ut postea
recentissimis ysq atrocissimis calumnys templorumq erectione et Eccliarum subversione
odium suum satis superq sint contestati. Postea quo (et quidem in celeberrimo purpuratorum
PP. consessu) sub Eccliæ capiti per Illrmum Legatum de brevi temporis spatio extirpan-
dæ hæresi præclaram spem fecerunt Ut iniqm in cautos et amicabilis Colloquy prosysmata
delinitos eo commodius aggrediantur oppugnent, opprimant conculcent. Hac arte olim Me-
dicea illa Catharina cum alys tamen Evanglis Eccly's plurimum nocuit etiam amplexi-
endæ protestantium Religionis spe nonnullorum animos impleverat: Sed eventus stultorum
Magister docuit, quod malus quando malum simulat tunc est pessimus. Quod si aut syn-
cere et absq fuco coeundi nobiscum rationes expeniri velint, agi scholia ante omnia restituatur,
Pastores suis Eccly's reddantur, ablata templa restituantur infames ac honorem indigni

Evangelii

Evangelici non proclamentur, et tum in praesentia Romanae matris, extra cuius oculos
nihil illustre nihil magnificum aut salutare hac quidem in parte peragi defensionem No-
stram audiant, Rationes Nrae discessionis examinent et argumentum suorum haeresim
sibi crepantium in Nos incurrant confidimus fore eas Nos fidei Nrae rationes reddituros
ut olim ab Agrippa Herode festo Praeside Iudaea et Berenice de Paulo Scriptura refert. Actor.
26 et 31. Ne de Nobis ab omnibus qui praeiudicijs praeoccupati non fuerint habendum
sit. Quo minus aut ex futuro Colloquio boni aliquid sperare possimus plurimum obstare
videmus. Primo. Res enim Nobis erit cum hominibus qui in Curribus ac equis equitantibus-
busque suis confidentes numeroso famulitio titulorumque splendore turgidi Nostrae partis Aga-
des fungos sibi imaginabunt. Quid enim de Nobis sentiunt Dignissimi illius Jesuitae Antiqui-
ta Prutenica eiusdemque Anstracij aperte nimis docens quod illorum supercilium quis
ferret. 2do Quis Colloquij cuius Praesesenit qui declamando prolixitatem, in negan-
do impudentiam, in affirmando levitatem, in ritendo vehementiam et forte etiam in
Congressu impotentiam coerceat mediocritatis regulam praescribat modestiam imperet.
Haec enim et evenire et remedijs opus esse nemo ignoret nisi qui harum rerum est igno-
rantissimus. Si enim Episcopo Samogitiae ea dignitas deferetur quid de Nobis futu-
rum credamus. 3tio. Historiarum monumenta docent parum huiusmodi congressi-
bus ad aedificationem perfectum fuisse Caroli Noni autem Pontificum cum Haereticis Collo-
quio initio inquit Florus Galic. Frustra ad pacem ineundam quaesitae rationes. Nam
irritati magis quam accurati sectam in luctuosas Regno turbas exarserunt. Tempore
Elisabethae in Anglia cum Anno 1559 Colloquium Westmonasterij inter Ponti-
ficios et protestantes coram Regni Ordinibus indiceretur, ipsi Pontifices tergiversa-
bantur dicentes quomodo de fide constabit si semper liceat de fide disputare
et disputationem de Religione eo semper quo sceptra vergere Hald. par. 16 Hist.
Ecclis. 4to Ubi de iure Successionis quaestio Necessario illa orta quod Nobis in
Papae displicent vivis erunt depingenda coloribus nimis abominationes Romanae
Eccliae Idololatria purgatorij vanitas Indulgentiarum fraus Pap. Ante Magistros
qui ante placatiores reddit sit eos quibus ita nimirum placet quia his ipsi salutis viam
suggerim esse credunt providentia cuiusque religionis. Deo Sed et ipsa utriusque partis confessio
publica, publicaque fide roborata, ita comparata est, ut si doctrinam de SS. Trinitate
exceptias paucissimum sit in quorum explicatione non dissideamus et quae directe vel
propter horribiles eosque incorrigibiles quibusque non requiamus quod planum facere
quidem parati, nisi confidamus nobis quibus nihil horum occultum esse potest resistit.

208

Quare ut finem faciamus, n[on] liquere Nobis dicimus utrum huiusmodi Colloquium
V[est]ris Eccl[es]ijs utile aut ad emoliendos Pontificios accommodatum sit. Ideo ex
Vicinis, qui idem facturi sunt in Prussia Eccl[es]ijs consilium in arena capiemus.
Quod restat Amplissimas D[omi]n[ati]ones V[est]ras benevalere Nobisque favere et rem
cum bono Deo publicam privatamque agere feliciter cupimus, precamurque. D[atum]
Dan[tisci] Calend[is] Martij 1644

Amplissimar[um] D[omi]nationu[m] V[est]raru[m] Pastores Addictissimi

Cultoresque paratissimi.